



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Hexaēmeron Hē Toi, Kosmourgia, Georgiou tou Pisidou  
diakonou ...**

**Georgius <Pisida>**

**Lutetiae, 1585**

Admiratio immensæ Dei misericordiæ cum iustitia coniunctæ

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70102](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70102)

Quò verberibus absque instruamur territi:  
(Quæ prouidentia venia opificis Dei est.)

Et cohibeamur pueri vt à larua solent,  
Seu verberati paruuli flagro canes

390

Audaciam feram leonum comprimunt.

Tv das moras longissimas ad debiti

Solutionem præstituto tempori:

Obsistis omni crimini formidine,

Incolumis vt sit vita, vim fieri finis:

Nec iudicas rigidè, quibuscunque accidit

Errare nos horis: opus sed conditum

Patitur, meorum & criminum pœnas luit,

Dum vulneratur vulnere alieno graui.

Vt pestilentis cùm viget morbi lues,

400

Quamuis in alijs vlcerum est summus dolor,

Contagio grassatur eadem ad cæteros.

Nunc rapior extra me, stupétque mens mihi,

Vti ille iudex, qui statuit æqua omnibus,

Acceptor est personæ, & hominum gratiâ,

Cùm peccet vnus, plectat alium eius loco.

Quóve is modo qui iudicantes iudicat,

Acerriméque punit auidos munerum,

Festinet ipse oblata dona sumere,

Cui creditores sunt ministri pauperes,

410

(Vt quis domesticos fideles dixerit:)

Poscítque vt illi iúsque fásque negligant:

Exultat inde, nec veretur dedecus:

Auro voluntatem æstimat contrà bonam:

Dei infinita  
bonitas, &  
clementia.  
Lact. lib. 2.  
diu. inst. c. 18.

Similitudē  
apra.

Admiratio  
immense Dei  
misericordiæ  
cum iustitia  
coniuncta.  
Psal. 100.  
Exodi. 23.  
Deut. 16.

Hic est suspi-  
cio mendii in  
Græco cod.

Panisque frustra legibus vim infert suis:  
Attrahitur & suspirijs, si acceperit:

Marci 9. &  
12.

Lenitur vndæ frigidoque poculo,  
Vectigal etiam lacrymæ calidæ capit:  
Persæpe ad vsque rem pusillam deuenit,  
Occasionem, fallat vt jus, quæritans:

Luc 16.

Plerasque scindit syngraphas obnoxias:  
Chirographorum mille confundit tomos,

D. Aug. 1.  
Conf. 1. 3.  
donas debita,  
nihil perdens.

Et liberatis cautionem amplam notat:

Iustissimorum pacta certa pignorum

Facit irrita illicò, notatque sedulò,

Ac ipse per se statuit vt decreta vult:

Infringit ac leges, timere quas nequit:

Et omnium soluit reorum vincula,

Furésque iustificat, placidus est impijs,

Scorta alloquitur, & publicanos diligit:

Ezech. 18. &  
ad Rom. 4.

Quin regius quod Cantor hymnis concinit,

Puros & infontes, vel homicidas, facit:

Idémque diluit nefanda crimina,

Constituit improbos, probos inter viros.

Non atro enim liquore iudex maximus,

Cruore tingens at suos digitos rubro,

Exarat isto regias notas modo.

De summa  
Dei paciëntia  
& sera pu-  
nitione, ex  
ps. 7. Arcum  
suum retrahit  
& parauit  
illum.

Tv intendis arcum sæpè, quò ferias malos,

Ast impetum teli volantis sustines:

Nam intensionem dum paras arcus tui,

Tardus sagittarius es, vbi iactu est opus.

Rursus frequenter tendis arcus cornua,

Tum

420

430

440